

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. IX

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

Id autem multis rebus est ad usum expeditum. Neg^o, enim argentum, neq^{ue}
es sine eo potest recte inaurari. Cunq^{ue} in ueste intextum est aurum, eaq^{ue}
aeflis contrita propter uelutatem usum non habeat honestum, panni in*fi*
ctilibus uasis impositi supra ignem comburuntur. Is cinis coniicitur in
aquam, & additur ei argentum uiuum, id autem omnes micas auri corri-
pit in se, & cogit secum coire, aqua defusa cum id in pannum infunditur,
& ibi manibus premitur, argentum per pannum raritates propter liquo-
rem extralabitur, aurum compresione coactum intra, purum inuenitur.

DE MINII TEMPERATVRA.

C A P . I X .

REVERTAR nunc ad minij temperaturam. Ipsae enim glebae
cum sunt aridae, pilis ferreis contunduntur & molantur, & lotio-
nibus & cocturis crebris efficitur, ut adueniant colores. Cum ergo
hec emissa erunt, tunc minium propter argenti uiui relictionem, quas in
senaturali habuerat uirtutes relinquunt, & efficitur tenera natura & in-
ribus imbecilla. Itaq^{ue} cum est in expolitionibus conclavium te*cō*loris indu-
ctum, permanet sine uitios suo colore. Apertis uero id est peristylis, aut
exedris, aut ceteris ciusmodi locis, quo sol & luna posset splendores &
radios immittere, cum ab ijs locus tangitur, uitiatur, & am*bi*ta uirtute co-
loris, denigratur. Itaq^{ue} cum et alij multi, tum etiam Faberius scriba, cum
in Auentino uoluisset habere domum eleganter expolitam, peristylis pa-
rietes omnes induxit minio, qui post dies triginta facti sunt inuenisti uar-
io*q*; colore. Itaq^{ue} primo locauit inducendos alios colores. At si quis sub-
tilior fuerit, et uoluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere,
cum paries expolitus & aridus fuerit, tunc ceram punicam igni liquefa-
ctam paulo oleo temperata seta inducat. Deinde postea carbonibus in fr-
ereo uase compositis, eam ceram apprime cum pariete calefaciendo suda-
re cogat, fia*q*; ut peraequetur. Postea cum candela linteis q*ue* puris subi-
gat, ut signa marmorea nuda curantur. Hec autem καῦσις gr̄e dicitur.
Ita obſlans cæræ puniceæ lorica nō patitur, nec lunæ splendorem, nec
solis radios lambendo eripere ex his politionibus colorem. Quæ autem
in Ephesiorum metallis fuerū officinæ, nunc traiectæ sunt idē Romam,

quod.

Faberius
scriba.

DE ARCHITEC. LIB. VII. 181

quod id genus uene posita est inuentum Hispaniae regionibus, ex quarum metallis gleba portantur, & per publicanos Romae curantur. Ex autem officine sunt inter eadem Flora & Quirini. Vitiatur minium admixta calce. Itaq; si quis uelit experiri id sine uitio esse, sic erit faciundū. Ferrea lamina sumatur, in ea minium imponatur, ad ignē collocetur donec lamina candescat, cum ē candore color immutatus fuerit, eritq; ater, tollatur lamina ab igne, & si refrigeratum restituatur in pristinum colorem, sine uitio se esse probabit. Sin autem permanerit nigro colore, significabit se esse uitiatum. Que succurrere potuerunt mibi de minio, dixi. Chrysoe colla apportatur à Macedonia, fuditur autem ex his locis, qui sunt proximi aerarijs metallis. Minium & indicum nominibus ipsis indicant, quibus in locis procreantur.

DE COLORIBVS QVI ARTE FIVNT.

C A P. X.

INGREDIAR nunc ad ea, que ex alijs generibus tractationum temperaturis commutata, recipiunt colorum proprietates. Et primū expontam de atramento, cuius usus in operibus magnas habet necessitates, ut sint notæ quemadmodum præparentur certis rationibus artificiorum ad id temperaturæ. Namq; edificatur locus, uti laconicum, & ex politur marmore subtiliter, & leuigatur: ante id, fit fornacula habens in laconicum nares, & eius præfurnium magna diligentia comprimitur, ne flamma extra dissipetur: in fornace resina collocatur. Hanc autem ignis potestas urendo cogit emittere per nares intra laconicum fuliginem: que circa parietem & cameræ curuatur am adhæret: inde collecta partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarij, reliqua teneores, glutinum admiscentes, in parietibus utuntur.

LOCA PRAEFVRNIATA VTI LAONI-

corum balnearia & hypocausta.

Z 2 Si autem

centum, neq;
aurum, eaq;
n, panni in fi
coniſſicatur in
auri corri
infunditur,
opter liquo
n inueniūr.

enim gleba
tur, & lotio
Cum ergo
nem, quas in
natura & in
ect orijs indu
eristylijs, aut
splendores &
a uirtute co
s scriba, cum
eristylijs pat
uenusto uas
t si quis sub
em retinere,
igni liqueſſ
onibus inſtr
aciundo ſuſ
; puris ſubſ
; græce dici
endorem, nec
Que autem
deo Romam,
quod.